

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio ay
cum uariis

Omnes tibi pares facies, inferiores superbiendo non contempnas, superiores recte uiuendo non timeas. In reddenda officiositate neque exactor neque negligens appareas. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus equus. Seuerior esto iudicio quam sermone et uita quam uultu, clemencie cultor, clemens ultor, seucie detestator, fame bone neque tue seminator neque aliene inuidus, rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus, sed malignis pocius qui per speciem simplicitatis aliquibus subreixerint oppositissimus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus, occultator uirtutum sicut alii uiciorum, uane glorie contemptor et bonorum quibus peditus es non acerbus exactor. Nullius imprudenciam despicias. Rari sermonis ipse, loquencium paciens, seuerus seueris, sed hylares non aspernans.

Seneca de quattuor uirtutibus.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

subreixerint] surrepserint P V¹ V² L¹ L²; acerbus] acribus P V¹